



Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

De Duplici vita contemplatiua, & de qua illarum in sequentibus
tractandum. Cap. xxvij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](#)

cretione illustratus, moderatum, & virtibus subditus accommodatum, considerat.

Magna profectio sunt haec, quae in fratribus coadiutoribus exoptantur. Ex quo le non tam religiosi, sed famulos, quam veros religiosos esse, & homines Deo consecratos, intelligent. Sed mihi est valde, quod multitudine fidelium tantis virtutibus non impletur, immo praeter istas aliam efflagitat. Vnde Lucas subdit, Et elegerunt Stephanum, virum plenum fidei, & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & alios, quos statuerunt ante conspectum Apostolorum, ut eis manus imponeant.] Ultra predictas qualitates, fidem, hoc est, fidelitatem, exposuit, quod isti fratres sibi persuadeant, se fidelissimos, tu in rebus administrandis, tum in cura adificationis, ac in desiderio boni spiritualis religionis esse debere. Hoc vero non erit ipsis difficile, si Basilij animaduertant documentum; se in huiuscmodi muneribus, non tam hominibus quam Domino ministrare. Sanè cuius (ait) tu reliqui omnes, qui aliud quodus vtile ac

Actus 6.

Basil. reg.
34. fuf.
disp.

A necessarium fratibus munus administrari, eismodi & animum adhibere, & studium debent, proinde, quasi non hominibus, sed Domino ipsi ministrant, qui pro incredibili sua bonitate, delata iis qui se ipsi consecrarent, honorem ac studium perinde habet, quasi ea ipse accepisset, & pro his caelestis se regni haereditatem daturum promittit.] Itaque frater licet te praelatus auctoritate præcellat, literatus scientia, prædictor arte bene apte dicendi, sacerdos ordine ac dignitate sacerdotali, sed fidelitate in tuam religionem, neme te superet. Sciant vniuersi religiosi te zelare pro domo Dei, & pro disciplina religiosa seruanda; nullum incommode timere, nullius vultum aut auctoritatem reveri. Sciat, qui domo exit vel ad confessiones audiendas; vel ad personas visendas, vel ad quodius opus peragendum, locum secum habere zelatorem boni communis, qui nihil non occultandum celabit, qui nullis minis, vel precibus alicuius contrarium statui religioso fieri permitteret.



PARS QVARTA

De substantia, fine, & officio vita contemplativa.

IT AE contemplativa tractatio, omnia que ad studium contemplationis pertinent videtur exigere. Sed aliud est speculando eius naturam inquirere, aliud vero mentem ad contemplationem dirigendo, huius varias species edicere, & rationem contemplandi, & fructum ex contemplatis eliciendi demonstrare. Illud nunc nos tractare volumus, quod proprium est huius, quam scribimus, disputationis: istud autem in postremam istius operis partem, ubi propriam habet sedem, reuiciemus.

De dupli vita contemplativa, & de qua illarum in sequentibus tractandum.

CAPUT XXVII.

VITA activa ad vitam contemplativa transiū faciamus, que inter partes spiritualis vita, secundum, ac veluti mediū locum obtinet. Animus enim tanto conatu ab amore creaturarum annullus, & tot laboribus sanctorum actioni purgatus, quid aliud cupit nisi Deum suum, oculo supernaturalis luminis, intueri, & mysteria caelestia contemplari? Hoc autem præstat vita spiritualis ea pars, qua vocatur contemplativa; cuius munus est ut statim dicimus) mente rebus terrenis & curis saeculi huius exempli, chorus Angelorum inferre, & vsq; in Domini solium penetrare. Illius vita contemplativa duos fasce, atque ex parte esse modos, sive rationes, nemo est qui ambigat. Altera est illorum, qui eremi secreta petentes, sine prælato, sine eiusdem propria locis, immo & sine aliquo teste, in antris atq; speluncis delitescentes, assidue meditationi & contemplationi vacabant. Quales fuerunt, Pauli, Antonij, Hilariones, Pachomij, Macharij, Arsenij, Simeones, & alij quā plurimi, qui Spiritu sancto interius mouēte, hoc institutū, ac vita genus aggreſſi sunt. A quo, nec fragilis mulierū sexus abhorruit, cū legamus Mariā Ægyptiacam, Pelagiā, Theotistē, & alias nō paucas feminas in eremi abdita secessisse, & so-

C las sine comite, caterua dæmonum expugnasse.

Altera, illorum, qui in cœnobiosis, sub cura prælati, consortioque multorum, in cellulis suis commorantes, & ab omnibus externis occupationibus sequestrati, oratione & contemplatione pascuntur. Cuius modi fuerunt Basilij, Benedicti, Branones, Bernardi, Hieronymi, Augustini, & vniuersi, qui istorum genus vita sequentes, vita quietam, ac omnibus mudi curis exolutam, aut coluerunt, aut colunt. Quam viuendi rationem vniuersa religiosa scemina, tamquam fanciliorem, & muliebri fragilitati aptiore, nostris temporibus professæ sunt. Illam priorem viuendi rationem, anachoreticam, hanc vero posteriorem cœnobiticam, vocavit antiquitas, eis ab ipso instituto appellationem tribuens. Nam Anachoreta, illū qui ab aliis secedit, cœnobita vero eū, qui in monasterio viuit, designat.

Vita contemplativa, que in solitudine sine prælato, sine socio, & sine teste transigitur, paucissimorum est, & magnis periculis, atque incommodis nō caret. Si enim aliquibus cogratur, illi profectio sunt, qui diu in cœnobiosis versati, & in omni genere mortificationis exercitati, ac vniuersis instructi virtutibus, inspirante Deo, & prælato anniente, ad eremum confluunt, vt in carne mortali Angelorum vitam imitetur. Sicut autem pauci admodum sunt, qui ad hanc mortificationem, ac omnium virtutum absolutionem perueniant, ita multi esse non possunt, qui ad hoc vita genus amplectendum inueniatur idonei. Proclus paucorum est, inquit Beatus Laurentius Iustinianus, qui humano destituti solatio, quoad vixerint, laudabiliter

Laurent.
Iustini lib.
de vit.
solit.

2. Cor. 2.
11.Cassian.
col. 18.
c. 4.D. Tho.
2. q. 188
47. 8.Hieronymy.
epist. 4. ad
Ruf. c. 4.

biliter queant in cella persistere. Illorum tantum esse arbitor, qui paracletum possident, atque virtute prudentiae, ac naturali possent ingenios qui (vt ait Apostolus) non ignorant astutias Satanae: scilicet que esurire, abundare, & penuriam utriusque hominis pati.] Cassianus certe ab his, qui vitam anachoreticam aggressuri sunt, & virtutum perfectionem, & iugum prius in cenobitis habitationem requirit. Secundum (inquit) genus monachorum est, anachoretarum, qui prius in cenobio instituti, iamque in actuali conuersatione perfecti, solitudinis elegante secreta.] Quod confirmat & nostri Salvatoris exemplum. Nam prius quam in desertum secederet, baptizari voluit, & Spiritus sancti in se manens, signum visibile ostendere, & sic omnem implere iustitiam. Ex quo discimus, eos, qui vitam Eremiticam, & penitus solitariam assumunt, prius in se, dum sunt in cenobitis, Spiritus sancti habitationem per munditiam carnis, & spiritus, & omnis iustitia, ac virtutis perfectionem, si proficeret volunt, quæsturos. Quis solus & nudus audet pugnare cum dæmonie, à quo locis confitupas, & exemplis bonorum armatus, sepe deficitur? Quis in solitudine sui victoria obtinet, quæ de se prælatorum exhortationibus animatus, & orationibus adiutus, inter alios vincentes, nūquā reportat? Quis in eterno virtutibus induetur, quas in ipsa schola virtutum, & in sanctitatis officina, non potuit adipisci? Certe presumptuosum est, faciliora & peruia, non valentes, difficiliora aggredi, & qui ab alio ducti, viam salutis ambulare nesciunt, solos, & sine duce, semitas perfectionis confidere. Solitarius (vt optimè notauit Beatus Thomas) debet esse sibi per se sufficiens. Hic autem est, cui nihil deest, qui scilicet, aut Dei solo manere, vt Iohannes Baptista, repletus Spiritu sancto ex utero matris suæ, aut exercitatione virtutum, vt alij sancti, ad perfectionem, aut consummatam virtutem peruenit.] Quibus ergo multa defunt spiritualia dona, & qui nondum, aut Dei solis donis, aut aliorum societate, & exemplis, ad fastigium sanctitatis ascenderunt, minus prudenter eam viuendi rationem, scilicet solitariam, arripiunt, quæ tantum viros admittit, tum sibi sufficiens, tum in omni virtute perfectos.

Si quis ergo hac vita solitaria tentatione pulsatur, antequam ei se committat, & solus potestates tenebrarum ad bellum prouocet, discat in cenobio, suorum fratum præsidis, praus mores vincere, immoderatos affectus profligare, mūdāna cōtempnere, propriā voluntatem postmittere, virtutes cōparare, orationis ac contemplationis artē addiscere, & aduersarij decipulas sub specie boni se offerentes agnoscere; & tunc demum de cōsensu prælati, si forte suū institutum id ferat, solitudinem petat, & suorum solidalium conuersationem, consortiūque relinquat. Hieronymus enim his solis, qui in monasteriis diu probati sunt, huius solitaria vita professionem permettit. Nā enarratis maximis huius vita incommode, quæ statim referemus, in hunc modum scribit, Quid igitur solitaria vitam reprehendimus? Minime, quippe, quæ saepe laudamus, sed de ludo monasteriorum huicmodi volumus egredi milites, quos eremi dura rudimenta non terrent; qui specimen conuersationis suę multo tempore dederint; qui omnium fuerint minimi, vt primi omnium fierent; quos neq; esuries aliquādo, nec saturitas superauit, qui paupertate latantur; quorū habitus, sermo, vultus, incessus, doctrina virtutum est, qui nesciant secundū quosdam inceptos homines; dæmonum pugnantium contra se portenta configere, vt apud imperitos, & vulgi homines miraculū sui faciat, &

A exinde lucra secentur.] Et in eandem sententiam Beatus gratia & nomine Benedictus in regula, ita ait: Secundum genus monachorum est, anachoretarum, id est, eremitarum, horum, qui non conuersiōnis fervore nouitio, sed monasterij probatione diuturna, didicerebunt, contra Diabolum, malorum solatio iam doxi pugnare, & bene instructi fraterna ex acie ad singularem pugnam eremi, secūrī iam sine consolatione alterius, sola manu, vel brachio cōtra vitia carnis, vel cogitationem, Deo auxiliante, sufficiunt pugnare.] Si autem religiosa vita, quam semel arripuit, hunc trāsītum ex cenobio ad solitudinem, ac cellā separatam non admittat, nequaquam ob id mcerore afficiatur, imò maximè gaudet, sibi materiam magnorum discriminū esse præcisam, quæ in hoc genere solitaria vita reperitur. Hanc quidem consolatur Bernardus, dum illi sub specie boni, tendiculan Diaboli insidiatoris detegit. Quātōs (inquit) ex monasteriis, spiritu feruētes eremi solitudo suscepit, & aut tepefactos euomuit, aut tenuit contra eremī legem, non modo remissos, sed etiam dissolutos: Sicq; apparuit vulpeculam affuisse, ubi tanta facta est vāstatio vinea, id est, vitæ, & conscientiæ hominis detrimentum. Cogitabat, si solus degeneret, multò se copiosiores fructus spiritus percepturū, quippe qui in coniunctu vita tantum spiritualis gratia sufficit expertus. Et bona vita est fua cogitatio sibi, sed rei exitus indicauit, magis eandē illi cogitationē vulpem demolientem fuisse.] Re vera pretiosum est hanc ianuā solitudinis nobis esse interclusā, cuius apertio ne, & via in solitudinem, & via etiā in magna pericula, atq; inēmoda soliuagis aperitur. Quibus breueriter enumeratis, vitam istam cōtemplatiū ad solitudinem pertinente, missam faciemus, & ad aliam, quæ in cenobio habetur, explicādā, properabimus.

B Multa sunt vita contemplatiū ad solitudinem pertinente in cōmoda. Primo deest illi magistrū spiritualis instruciōne, sine qua profectū nec ars artoria, aut alia quævis abiecta (quātō minus virtutū, ac perfectionis scientia) conquiritur. Quare in prouerbii legitim. Principium sapientiæ possidere lapientiā, hoc est, vt quidam ex Hebræo interpretātur docto rem sapientiæ, & magistrū, qui te erudit, & doceat, fine quo numquā huius spiritualis artis peritus evades. Sunt quidem religiosi sine magistro, sicut oves pastore destitutæ, qui in varia desideria dispersi, & in noxiis, aut minus vulibus occupati, nō habēt, à quo in unum necessariū colligatur. In quorum gratia cum Mōse Dominiū sic exorabimus: Prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis hominē, qui sit super multitudinem hanc, & possit exire, & intrare ante eos, & educere eos, vel introduce ē, ne sit populus Domini, sicut oves absq; pastore.] Nec putādam est his solitariis magisterio diuino interius inspirare sufficiēre esse prouisū: Licet enim Dei inspiratio, per se considerata, satis supérque sufficiat, tamen nō vult Deus se solo illos instruere, cūm hominēs sue natura simili possunt habere ductorē. Quamobré Dionysius Richelius sapienter ait: Quamvis omnipotens, omnisciēs, & vbiq; præsens Deus, per sc, & per Angelos sanctos, ac ciues supernos, in omnibus valeat plenè succurrere; attamen naturale & cōnaturale est homini, per eos quoq; qui sibi similes sūt in natura, & eiusdem secum sūt status, vt pote viatores dirigi, ac iuuari, doceri, & gabenari, in tantum, vt serui dei dicātur esse, quasi oves sine pastore. & sic ut gressus sine custode, nec diu posse durare, nisi huius modi sibi simili in natura, ac statu passibili, quæ possint videre, & alloqui, habeant directorem, ac præsentem.] Deus igitur ita hominū natura se accō-

Prou 4.7
Lyrā. ibi.Num. 27
16 & 17Diony. li
de lande
vita soli-
tar. ar. 3.

modat,

B. Bene-
dict. in re-
gul. i.Bern. in
cant. ser.
64.

modat, ut illos, non per seipsum ordinari, non per Angelos, non per beatos, sed per alios homines doceat; qui autem solus est, & propria voluntate hominis magisteriu abicit, magisterio Dei, quod per maiores Ecclesia datur, aditum intercludit.

Secundò, deest huic vita prælatorum correctione, magnum sane adiumentum perfectionis. Hæc namque initium sumit à cognitione sui, per quam, sicut per scalam, ad Dei notitiam & amorem peruenimus: sublata verò prælati correctione, difficulter mens nostra propria via cognoscit, & defectus emedit. Vnde Isidorus: Facilius reprehendimus via aliena, quam nostra. Nam sc̄e, que peruerla in aliis iudicauimus, in nobis nocibilia esse minime sentimus.] Et Dominus huius correctionis instrumento seruos suos se gubernaturum promittit. Et aſſumpli (inquit per Zachariā) mihi duas virgas, vnam vocatiū decorē, & alterā vocatiū funiculū, & paui gregē.] Virga, quæ vocatur decor, est correctione prælati suauior, quæ pufillos, & facile obsequentes corripit: Virgā, quæ appellatur funiculus, est correctione prælati leterior, quæ duros & proteruos emendat. His duas virgis pascit Dominus religiosorū greges, & in uestimenta pascua deducit. Beati, qui huiuscemodi virgis reguntur, & correctionis doctrinam suscipiū, & reprehensionis onus non detrectant: erunt enim illius benedictionis participes. Dominus regit me, nihil mihi decerit, in loco pascue, ibi me collocavit.] Qui autem nec dum perfectus existens, nec dum in omni virtute exercitatus, a congregatione fratrum se subtrahit, & in eremum secedens has virgas gregis rectrices contemnit, caueat, ne cum sacerbis, & correctionem odientibus illam maledictionem subeat. Non pascam vos, quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur; & reliqui deuorent vnuſquisque carnem proximi sui.]

Zachariā
11.7.

Pſal. 22.
2.

Zachariā
11.9.

Prou. 18.
19.

Eccles. 6.
14.

Aug. ser.
29. ad fratres.

*m. in
u. fer.*

m. 4.7.

rā. ibi.

m. 2.7

cp. 17

*my. li
aude
e. soli
ar. 3.*

Isidor. lib.
de summo
dono.

Secundò, deest huic vita prælatorum correctione, magnum sane adiumentum perfectionis. Hæc namque initium sumit à cognitione sui, per quam, sicut per scalam, ad Dei notitiam & amorem peruenimus: sublata verò prælati correctione, difficulter mens nostra propria via cognoscit, & defectus emedit. Vnde Isidorus: Facilius reprehendimus via aliena, quam nostra. Nam sc̄e, que peruerla in aliis iudicauimus, in nobis nocibilia esse minime sentimus.] Et Dominus huius correctionis instrumento seruos suos se gubernaturum promittit. Et aſſumpli (inquit per Zachariā) mihi duas virgas, vnam vocatiū decorē, & alterā vocatiū funiculū, & paui gregē.] Virga, quæ vocatur decor, est correctione prælati suauior, quæ pufillos, & facile obsequentes corripit: Virgā, quæ appellatur funiculus, est correctione prælati leterior, quæ duros & proteruos emendat. His duas virgis pascit Dominus religiosorū greges, & in uestimenta pascua deducit. Beati, qui huiuscemodi virgis reguntur, & correctionis doctrinam suscipiū, & reprehensionis onus non detrectant: erunt enim illius benedictionis participes. Dominus regit me, nihil mihi decerit, in loco pascue, ibi me collocavit.] Qui autem nec dum perfectus existens, nec dum in omni virtute exercitatus, a congregatione fratrum se subtrahit, & in eremum secedens has virgas gregis rectrices contemnit, caueat, ne cum sacerbis, & correctionem odientibus illam maledictionem subeat. Non pascam vos, quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur; & reliqui deuorent vnuſquisque carnem proximi sui.]

Tertiò, deest vita solitaria fratrum bonum confortium, qui nos verbis erudit, exhortationibus erigunt, monitionibus consolantur, industria adiuvant, mutuo coniunctū, & conuersatione mulcent; ac tandem exemplo ad omne genus virtutis incitant, & in proposito diuini obsequij corroborant. Solus verò, & ab aliis sequestratus, his preſidiis caret, neq; habet illam firmitudinem ex confortio fratrum exortam, de qua Salomon. Frater qui adiuuat à fratre, quasi ciuitas firma.] Atque alio loco: Amicus fidelis, protectio foris; qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. ; Amico fidelis nulla est comparatio, & non est digna ponderatio atri, & argenti contra honestatem fidei illius. Amicus fidelis medicamentum vite, & immortalitatis; & qui metuunt Dominum, inuenient illum.] Quid ergo faciet imperfectus, & nouus miles in solitudine positus, minime ab hac firma amicorum ciuitate defensus? Quid non timebit hac protectione destitutus? Quo non indigebit his immissis diuitiis, ac pretioſo theſauro priuatus? quod bonum indigentiam sociorū ſupplebit? Vnde hanc paupertatem expertus, medicamentum ad tuendam vitam, & monitionem ſalubre ad ſeruandam immortalitatē, quæ in fratribus inuenitur, comparabit: Solus non habet ſocium, cuius doctrina inſtruitur, cuius verbis erigatur, cuius dulcedine conſoletur. Non habet ſuis viribus adiuantem, nō habet ſua ſocietate allicientē, non habet ſuis operibus incitantem: Mirū erit, ſt tot bonis deſertus, tot prædiis deſtitutus, admodum valeat in virtute proficere! Iure profeſtò Auguſtinus vitam cenobiticam solitaria prefert. Tūtor (inquit) via hæc eſt, & dulcior, vbi vnuſ alium cohortatur, vbi alter alterius exempli inflammatur.]

A Quartò, abeft à vita solitaria in tentationibus fratum iuuatiō. Hi enim alios nutantes oratione fulciant, & vita ſua in virtute ſuſtentant. Ira pulſatus, maliſuetudine alterius cohibetur. Proteruitate impetus, alterius obedientia corrigitur. Loquacitate, aut vitio alio impugnatus, conſiderato ſilento fratris ſui, aut alia virtute conſpecta, erubescit, & ſe ipſum accuſans, ad vincendum Diabolum robuſtus efficitur. Melius eſt ſane in bello aduersus dæmones duos eſſe, quām vnu: habent enim emolumen tum ſocietas ſua: ſi vnu eccliferit, ab altero fulcietur. Vx ſoli, quia cūm eccliferit, non habet ſubleuantem ſc.] Hac ratione Hieronymus, Ruſticum moneret, vt vitam cenobiticam amplectatur. Mihi quidem placet (ait) vt habeas ſanctorum contubernium, ne ipſe te doceas, & abſque doctore ingrediatis viam, quā numquam ingeſſus es, ſtatiu[m]que tibi in partem alteram declinandum ſit, & errori pareas, pluſque, aut mihi ambules, quām necelle eſt, ne aut currens laſeris, aut moram faciens obdormias. In ſolitudine cito ſubrepit ſuperbia, vt ſi parumper ieiunauerit, hominēmque non viderit, putat ſe alicuius eſte mo- mēti, oblitus que ſui, vnde, & quād venerit, intus corde, lingua foris vagatur, iudicat cōtra Apoſtoli volūtatem alienos ſeruos, quā gula voluerit, porrigit manū: dormit, quantum voluerit, nullum vere- tur: facit quod voluerit, omnes inferiores ſe putat: crebriusque in vribus, quām in cellula eſt, & inter fratres ſimulat verecundiam, qui platearum turbis colliditur.] His omnibus tentationibus, aliisque innumeris patet, qui non habet duōrem, quem ſequatur; non fratrem, quem audiat: non ſocium, quem aspiciat..

B Quintò, abeft à vita solitaria multarum virtutū exercitatio. Sunt quippe multæ virtutes, quārum actiones, ſi defint fratres, in quos exerceantur, re- cē pŕaſtare non poſſimus. Obedientia ſine impe- rio prælati, cui obediamus, corruit, mansuetudo, ſi- ne illatore inuiriū, euaneſcit: beneficentia, ſine indigente, non ſubſtit: & ſic alia quām plurimæ ſine externa materia, circa quam verſentur, otiosæ ſunt, & veluti occaſionum defectu compedit. Nec poterit ſolitarius ſolis internis virtutum actibus di- uitias iſtarum virtutum comparare. Nam, & indi- cium inefficacitatis ipsarum eſt, quod in opus exter- num non prodeunt, cum poſſent, & valde diuersum eſt, data opportunitate, prauitates affictum, & cō- ſuetudines vitorum actionibus externis virtutum vincere, aut fine vila cōtradictione, ſola virtutis cogitatione pugnare. O quities ego, intra parietes mea cellæ conclusus, proposui animo alii me ſub- mittere, occupationum moleſtias patienter ſuſtine- re, ciborum appetitiam cohibere, linguaſ ſilē- tio ſtranare, & alia huius generis implore mandata: Sed paulo pôſt oblata occaſione pugnandi, ac ſi ni- hil ſtatuerit, ad vitia detefata rediui, & quæ amariſſime fleueram, eadem qua priuſt facilitate per- trauit. Atque ex meipſo cognoui, facile eſt decerne- re, difficile verò, que ſemel decreuimus, opere im- plere. Hunc virtutis exercende defectum, qui in vita ſolitaria reperitur, sanctus Basilius, hac grauiſſima, ac elegantissima oratione, deſcribit. Qua enim re humilitatis ſue documentum dabit, qui nemine habeat, quo ſeipſum humiliorem declarat? Quod item ſpecimen edet ſua in alios commiſerationis a pluriū cōmuniōne diſlectus, cui cum nullo peni- tuis commercium ſit! Ad patiētiām verò, quomodo- nam tandem ſe exercebit, cum voluntatibus illius obſiſtat nemo? Quid si quis dicat ad componendas animi ſui affectiones, morēſque recte iñſtituēdos,

Eccles. 4.
10.
Hierony-
m. ep. 4. ad
Ruf. 6. 4.

Rom. 14.
4.

Basil. reg.
7. ſuſt. p

sufficere

Rom. 2.
13.

sufficere sibi diuinarum literarum doctrinam: is similiter facit, vt si quis disceret adificare, neque unquam tamē adificaret: & aē cedere, & quā didicil-
let, ea in actū numquā deduceret. Sine dubio autem
in huiusmodi hominē probē Apostoli illud conue-
nit. Si quis dixerit: Non auditores legis iusti sunt
apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.] Ne-
que enim (vt videmus) Dominus ipse quā incredibilis
eius in nos bonitas fuit) simplici modo verbo-
rum doctrina contentus fuit, sed vt exp̄r̄s̄ eviden-
terque humilitatis nobis exemplū proderet, perfe-
ctæ charitatis mandatum vt explere, ipse seipsum
lintero p̄c̄inxit, & discipulorum suorum pedes la-
uit. Tu verō, quem ablues in quem officiosus eris: à
quo ultimus numerabere, qui ab aliorum societate
disūctus degas? Ex huius patris sententia cognoscim-
us, neque solam sanctarum scripturarum lectionem,
neque meditationem virtutis, neque interio-
ra desideria, sine externis operibus ad virtutem af-
sequendam posse sufficere.

Cant. 1.
8.

Sextō, deest huic vitæ profectus mentis propria cognitione. Nam sicut robur militis non nisi in pugna; & prudentia gubernatoris, nō nisi in negotiis bene disponendis cognoscitur; ita progressio in virtute, non alibi, quam in ipsius exercitatione discernitur. Solitariam verō vitam amplexus, cū omnem sibi materiam exercendæ virtutis ademerit, fit, vt nō facile intelligere queat, quod vitum ex sua mente depulerit; quem affectum inordinatum prostrauerit, quam virtutē acquisierit, quantumve in iam acqui-
ta profecerit; quibus donis pollear, quibus autem sit destitutus: ac tandem, an post multum temporis in vita spirituali consumptum, incipiens sit adhuc, an proficiēs, an verō mentis puritate perfectus. Optabat sponsa Christi sponsi locum paſtōnis, ac cubile sue quietis agnoscere; audit autem: Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egridere, & abi post vestigia gregum tuorum, & paſce hōdos tuos iuxta tabernacula pastorum.] Inter greges ergo, hoc est, inter sanctorum cōtūs, & religiosorū familias, anima locū, vbi Christus paſcat, inueniet. Paſcat hōdos suos, hoc est, inordinatas affectiones, in tabernaculis p̄ratorum comprimat, illisque libens se subiiciat, & in seipſa floridi ſponsi cubile, nimirum spiritum virtutibus tamquam floribus respersum, reperit. Si autem neque istos greges imitatione sequatur, neque tabernacula illorum pastorum adeat, non facile valebit agnoscere, an in seipſa locum Christo parauerit, neque quantum in sanctitate profecerit.

Septimō, deficit solitaria vitæ multorum bonorum operum meritum. Multa namque bona opera, non nisi inter homines p̄f̄stare possumus, vt ex his, quā dicta sunt, liquet. Alia verō, licet solitarius valeat vtcumque exercere: tamen dum vnum exequitur, ab alio cesse necesse est. Si enim laborat, nō potest legere, neq; consilium petenti dare, dum libros euoluit. At, qui in cœnobio vitam agunt, non solum omnium bonorum operum meritis abundant, verū etiam mirabil modo, eorum quisque omnia simul opera exequitur. Est quippe cœnobium veluti vnu corpus ex diuersis partibus, mēbrisque compactum. Vnde sicut hominis corpus, vno cōdēmque tempore, & oculis videt, & auribus audit, & lingua loquitur, & manibus laborat, & pedibus graditur, & vnu quodque membrum, nō tantum labore proprio, sed laboribus quoque ceterorum membrorum perfrui: ita proflus in cœtu multorum (qui vnum est mysticum corpus) dum ille orat, iste legit, aliis p̄d̄cat, aliis ignorantēs instruit, & aliis manibus labo-
rat, vnuquisque, & propria actione gaudet, & par-

A. riceps laborum aliorum fratrum efficitur. Contra vero est (inquit Basilius) in eo qui solus est, dū enim vnum exequitur, ab alio impeditur. Veluti ægrum viſitans, hospitem recipere non potest, neque in opere faciendo, studiū retinere, qui in partiendis distribuendisque ad vnum vitæ necessariis rebus occipet. præf̄t̄im, quando in ministeriis hisce obediens, fratres diutius necesse sit distinere.] Tantum ergo distat vita eremitica à cœnobitica, quantum homo incolimus, & omnibus membris constans, ab eo qui est vnu fuorum membrorum destitutus.

Octauo, est in vita solitaria magnum aliud incommodum, nempe talentorum nobis commissorum absconditio. Cū enim nemo sit qui aliquo Dei dono non polleat, & vni per spiritum detur sermo sapientia, alij autem sermo scientia, secundūm eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu; alij gratia faintatum in uno spiritu, alij operatio virtutum; alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum; alij interpretatio sermonum.] consequens est, vt solus in eremo positus, hoc donum Dei, quod accepit, habeat absconditum, nullamq; ex eo, aut in se, aut in aliis utilitatē percipiat. Nam sapientia absconsa, & thesaurus inuisus, que utilitas in utrīusque? Qui huiusmodi est, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui.] Nam (vt inquit Gregorius) pecuniam in sudario ligare est, percepta dona sub otio lenti corporis abscondere.] Bene sanè ista donorum effossio, pecunia que spiritualis ligatio ex ipso tua, o solitarie, operatione cognoscitur. Nam literatus solitudinem colens, & ab hominibus sequestratus, quem doces? Prædicator, quem ad bonam fugem conuertes? Certè plenus eris sermonibus, & coarctabit te spiritus vtrii tui: & ventre tuus, tamquam mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas disrumpet.] Prudens, cui, consilium p̄b̄bes? Sacerdos, cui sacramenta ministras? Sanctus, quem adificas? Robustus, in cuius utilitate laboras? Time ne seruus malus, & piger voceris, & dona accepta dilapides, dum ea infructuosa relinquis. Hec omnia in solitudine otiosa sunt, in cœnobia vero negotiosa, que suis laboribus in hac vita vsum, in futura verō premium semper mansurum recipiunt.

Nond, deest vitæ in solitudine actæ, non semel votorum consecutio. Quę facilis impetrat humilis oratio, non ab vno solo, sed ab vniuersa congregatiōne profusa. Vnde Leo Papa. Plenissima obtinebit peccatorum abolitio, quidō totius Ecclesiæ vna est oratio, & vna confessio; enim duorum, vel triū Sanctorum, pio consensu, omnia que popoſcerint. Dominus p̄stanta promittit, quid negabitur mortalium millium plebi, vnam obseruantiam pariter exequenti, & per vnum spiritum cōcorditer suppli-
cant?] Tanti sanè momēti est oratio ab vna cōgregatione progrediens, vt impiorum Ninivitarum d̄precacioni Dominus aures non obturauerit, sed eā benignè misericorditer suscepit. Denique misserit est Deus super malitiā, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit.] Si tantum potuit multorum impiorum communis oratio, vt eorum iniquitatibus, nō minus quā peccata Sodoma, pro vltione clamātibus, veniā & misericordiam impetraret; quid non poterit, vno corde & vno ore fula deprecatio iustorum? Quid nō ab illo obtinebit, cuius oculi super iustos, & aures eius ad preces eorum?] Hoc itaque validissimo sanctitatis p̄f̄sidio illi priuati sunt qui solitarii viuentis non constipantur fratribus, qui irruente tentatione aliqua, aut occurrente quaquam necessitate, pro ipsis exorent.

Decimō tandem, hæc vita rerum temporalium cura

dissentit

Basil. reg.
7. ſuf.
diſp.

1. Cor.
12. 8.
Cor.

Ecl. 20
3. 2.
Greg. 1. p.
paſt. 9.

Ioh. 3. 2.
18. 19.

Leo ſer. 3.
de Ieronimo
ſep. men.
c. 3. Matt.
18. 16.

Iona. 3.
11.

Pſal. 33.
16.

distenditur. Cū enim solitarij corpora sua in cœnobiosis nō deserant, sed secum in solitudinem gestar, nec necessariō de vietū atq; vestitu debent esse solliciti, Qui quantumvis tenuis sit, non potest nō animū sui prouisione distrahere, præsertim eorum, qui pro ratione religiosi status, nihil debent possidere. Quod si ab aliquo cibis vestisq; ministretur, saltem cura cōseruandi & parandi quæ missa sunt, mentem ad terrena trahet, & à terū cœlestium cōtemplatione diuellet. Et ecce hominem, qui elongauit fugiens, & mansit in solitudine, vt iugiter inter cœlestes spiritus habaret, sua spe frustratum, & ex prouisione rerum temporalium, curis terrestribus impeditum. Si verò non tantum sibi, verum etiam hospitibus ad eū, ædificationis gratia, venientibus, debeat alimenta parare, quis explicet quantum à proposito interna quietis præpediat, & quantis sollicitudinibus implicetur? Abbatem profectō Ioannem apud Cassianum, qui tam illustres in eremo progressus fecerat, vt sœpe in diuinos rapetur excessus, scimus, hāc solā ob causam, solitudinem reliquiss, & in cœnوبium reperdas. Sed cū major (inquit ipse), suam institutionē enarrans) numerus fratrum, habitationem illius solitudinis cōspicet expetere, & coangustata, vastioris eremi libertate, non modò ignem illum diuina contemplationis frigore fecisset, sed etiam multimodis mentem carnalium rerum vinculis impedire, elegi huius disciplinæ vteamq; implere proposū, quan in illa tam sublimi professione carnalium necessitatum prouisione torpere: vt si mihi illa libertas, ac spiritualis alacritas denegantur, abiecta tamen penitus diei castitia sollicitudine, Euangelici me præcepti consummatio consoler: & id quod mihi de illa theoretica sublimitate subtrahitur, hac obedientia subiectio[n]e pensetur.] Hoc fuit huius senis prudens salubreque consilium, quod deberet cuique sufficie[n]te defiderio maioris perfectionis in magnas mētis distractio[n]es decideret.

Ista, que diximus, sunt vitæ eremitice incommoda, à quibus longè absit vita cœnobitica. Habemus enim in illa (beneficio Dei) magistros spirituales, qui nos instruant; prelatos, qui nos corrigan, fratres, qui verbo & exemplo, nos ad perfectionem instigent. Habemus in tentationibus præsidium: opportunitatem in exercitatione virtutum: & lucem spé didissimam ad obtinendam nostræ cognitionem. Habemus vniuersatum bonarum actionum meritum, talentorum nobis attributorum usum, & ad impretrandum diuinam gratiam efficacissimum fusæ orationis à tota congregatione remedium. Habemus deniq; vietū, & vestitū, & reliquias res necessarias prelatorum industria benignè administratas, ne occasione necessitatis corporeæ, æquum putemus, ea quæ sunt mundi cogitare. Vnde prædictus Ioannes Abbas hoc argumentum luculentissimè tractas, inter alia inquit: In hac igitur conuersatione diuini operis, nulla prouisio: venditionis, vel coëmptionis, nulla diffentio, non annui panis ineuitabilis cura, non sollicitudo corporalium rerum, qua non tantum propriis, verum etiam multorum aduenientium usibus necessaria præparantur. Postremo nulla arrogancia laudis humanae, quæ immūdior his omnibus, in conspectu Dei etiam magnos erēm labores frequenter euacuat.] Maneat igitur vitam eremiticam (vt in hoc à magno doctore Thoma Aquinate, sicut in omnibus aliis non discedamus) perfectis quidem esse perfectiorē, illis scilicet, qui diuino insinuō inspirati, solitudinem cōtemplationis ergo petuerunt: at cœnobiticam vniuersitatem perfectis, quām imperfectis esse tutiorem. Illa in Ecclesia Dei iam ferē

Cass. col.
19.c.5.

Matt. 6.
25.

Cass. col.
19.c.6.

D. Thom.
2.2.7.
188. art.
8.

A in totum euauit: paucissimi namq; reperientur, qui eam colant: hæc tamquam securior, hominiq; accommodatior, in dies, tum religionum varietate, tum religiosorū numero crescit, & robustior efficitur. De vita itaq; contemplativa illius solitarij silentiū agamus, & ad illud cōtemplationis institutum, quod in cœnobiosis agitur, conuertamus sermonem.

De substantia, & natura vita contemplatiæ.

C A P V T X X V I I I .

VITAM cōtemplatiæ, quæ in cœnobiosis retinetur, hac possumus ratione describere. Est institutio eorū religiosorum in monasteriis habitantiū, qui consentiēt prælati, annuentibusq; institutis maiorum, ab omnibus externis actionibus elongatūr; Deoq; intellec[t]u, & affectu, prout possibile est in hac vita, continēter inhaerent. Huc tendit omnis istorum vacatio: hanc ob causam à sollicitudine occupationum feriantur, vt negotiosum otium, diuinam naturam, & ea qua ad hoc ducunt cōtemplandi suscipiant. Ideo cōsortium hominum fugiant, & secundū non tantum in conclavi cordis, sed etiam in cella solitaria commorantur, vt dicant: Nobis autem adhærere Deo bonum est.] Consulto verò cōsensus Prælati, religiosq; institutionis memoriam fecimus, quoniam vnam quamq; vitam, vt spiritualis sit, Deoq; grata cōstat, debet obedientiæ disciplina metiri, & seniorum institutio mensurare. Ea verò, quæ contradicentibus prælati, & maiorū institutis obstantibus, in religione à quibusdam, non sine scandalo puerorum introducitur, certum est non ad vitam cōtemplatiæ pertinere, sed ad singularitatem, atq; ad propriā voluntatem omnium malorū fontem spectare. Videat ergo quisq; propriæ quietis studiosus, quantum sibi in monasterio, quod colit, quiescere liceat, quid Prælati iubeat, quid societas fratru[rum] ferat, quid religiosæ vitæ institutio à maiorib[us] inducta permittatur: quia omnibus laboratibus & otiosum iudicatibus, & regula, aut vnu religioso aliud reclamante, nec decet, nec licet cōtemplationis prætextu, in cella manere, & communis cœnobii labores, aut penitus aliorum ministeria recusare. Quādo tamen Prælati annuit, seniores probant, fratres non argē ferunt, ingēs bonum est cellæ secreta tenere, spōsum alloqui, rerum cœlestium cōtemplationi vacare, & in hoc interiori silērio à bonis & perfectis approbato, qui quid veccores oblatrent, vita cœnobiorū cōtemplatiæ consistit. Hanc impensè rogo, quando sine nota singularitatis, & cum ostensione utilitatis suscipitur, Prælati tueantur, senes laudent, & tam hi, quam illi charissimas Dei sponsas, animas nempe cōtemplatrices à moribus imperfectorum defendant. Nec permittant, feruos solos, & fortassis non multū fidèles, letē viuere, & sponsam Christi delicatulam, quam ipse miserationibus præuenit, & ad lectulum sanctarum cogitationum inuitat, suoru[rum] fratrum persecutionibus impetri, & linguarum gladiis, sine vlla miseratione feriri. Nec putent hanc desidiosam & cœtu fratru[rum], aut ministeriis proximorum inurilem, fortassis enim aliorū labores, & fructus, ex iustis lacrymis, & oratione dependent. Cum in Susan, & in omnibus viribus viginti septē prouinciarum, que Assueri subdebatū imperio, p[ro]p[ter]e aduersus Iudeos damnationis edictū, Mardochaeus vestimenta cōscidiit, reliqui Israélitæ, sine vlla cōsolatione fleuerūt, &

P. 72.
28.

DE Ester. 4.
1. E